Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus que acci
dant. Et factum est dum fabularentur & secum quererent.
et ipse ihs appropinquans ibat cum illis. Oculi autem il
lorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt
hi sermones quos conferis ad inuicem ambulantes & estis
tristes. Et respondens unus cui nomen cleophas dixit ei. Tu
solus peregrinus es in ierusalem. & non cognouisti que facta sunt
in illa his diebus. Qui ait illi. Que. Et dixerunt. De ihu na
zareno qui fuit uir propheta potens in opere & sermone coram
deo et omni plebe. & quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes
& principes nri in dampnationem mortis. & crucifixerunt
eum. Nos autem sperabamus. quia ipse esset redemptur israel.
Et nunc sup hec omia. tertia dies est hodie. quod hec facta sunt.
Sed & mulieres quedam ex nris terruerunt nos. que ante
lucem fuerunt ad monumentum. & non inuento corpore eius
uenerunt dicentes. se etiam uisione angelorum uidisse. que
dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nris ad mony
mentum. & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. ipsum u
ero non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti & tardi corde ad
credendum. in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec
oportuit pati xpm. & ita intrare in gloriam suam. Et incipies
a moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scri
pturis que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello
quo ibant. & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum
dicentes. Mane nobiscum. quoniam aduespascit. & inclinata est
iam dies. Et intrauit cum illis. accepit panem & benedixit
ac fregit. & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum. & cogno
uerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt